

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1218

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

169. *In einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg für das Kloster Schwarzach*: acta sunt hec publice anno verbi incarnati 1218, indictione 6, his testibus: Reinhardo preposito, Erhardo decano, Friderico cantore, Marco scolastico, Berhtoldo preposito Honaugensi, Oulrico dapifero, Rudolfo preposito sancti Thome, Ludovico choriepiscopo, Berhtoldo camerario, Ottone, Diethelmo presbiteris majoris ecclesie. ego Berngerus Argentinensis arcidiaconus factum episcopi ratum habeo et sigillum meum appono. testes interfuerunt Henricus vicedominus etc. data Argentine 6 idus julii, pontificatus nostri anno 16. 1218 Juli 10 Straßburg.

10 *K aus Karlsr. G. L. A. Section Baden-Baden Vidim. mb. c. sig. pend. ausgestellt vom judex curie Argentinensis 1491 April 16.*
Gedruckt bei Schöpplin Als. dipl. I, 335 nr. 410 nach andrer Copie.

170. *Bischof Heinrich von Straßburg erneuert dem Kloster St. Arbogast die Schenkungen seines Vorgängers, Bischof Hezils. 1218.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia Argentinensium episcopus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. sollicitudo pastoralis officii nos amonet, subjectorum nobis omnium curam gerere, eorum tamen maxime, qui relicto seculo regulari subjacent discipline. hujus rei gratia presentium posteriorumque noticie significamus, quod quidam predecessor noster nomine Heitzelino felicis memorie divina inspiratione simul et amonitione comonitus nonam partem fructuum de curtibus nostre dyocesis, laude et assensu capituli nostri, ecclesie sancti Arbogasti jure perpetuo possidendam contradidit², per cujus gloriosa merita episcopatus nostri termini magnifice fuerant ampliati. verum quia antiquitas inimica est memorie, nos in hac caritativa donatione nichil novum statuentes eandem laudabilem devotionem eidem loco scripti cautione innovamus, ita etiam, ut, si quando aliquid de curtibus distrahi contigerit, prefate ecclesie sua justitia salva consistat. sed ne qua deinceps super hoc facto injusta oriatur vexatio, presentem paginam jam dicto loco sigilli nostri munimine tradimus roboratam. actum presentibus et approbantibus majoris ecclesie nostre fratribus Reinhardo preposito, Wernhardo decano, Friderico cantore, Marco scolastico, Bertholdo preposito Honaugiensi et Heinricho fratre suo, Bertholdo archidiacono, Ulrico dapifero, Beringero Spirensi cantore, Ulrico de Dalmazingen, Rudolfo sancti Thome preposito, Ottone de Bonvelt, Diethelmo, Heinricho vicedomino nostro, Wernhero marscalco, tribus fratribus Ludovico, Dietherico, Albertho dictis Kagen, duobus

¹ *Ebenda Section Straßburg fasc. 35 findet sich auch eine undatirte Pancharte Pabst Honorius III für das Kloster Schwarzach, unter dessen Gütern: curia in Argentina juxta Bruscam cum domo lapidea. Dies dürfte derselbe Hof sein, der in den Miracula s. Mariae Argentinensis zum Jahre 1280 als Besitzthum des Abts von Schwarzach erwähnt wird: (abbas de Swarzahe) cum in navi pervenisset ad curiam, quam habet in platea vituli. Cfr. Mon. Germ. SS. XVII, 116. Noch in den Jahren 1450 und 1587 erscheint dieser Hof in denselben Händen. Vergl. Straßb. Gassen- und Häusernamen i. Mittelalter S. 90.*

² *Cfr. nr. 93 not. 1.*

fratribus Alberto, Wernhero dictis Begern, duobus fratribus Gotfrido, Hunberto Zydeleren, Walthero filio sculteti Waltheri; civibus Friderico Spendario, Burckardo^a sculteto de Ehenheim, Erbone iudice, Petro, Wezelone iudice, Conrado Vitulo, Burckardo Ripelin et aliis quam pluribus. anno dominice incarnationis 1218, pontificatus nostri anno 16.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 16.

Gedruckt ebendarnach bei Würdtwein Nova subs. dipl. XIII, 232 nr. 43 mit vielen Abweichungen.

171. *Bischof Heinrich von Straßburg fordert unter Verheißung von Ablass zu Beiträgen für den Aufbau der gänzlich zerfallenen und zerstörten Kirche St. Arbogast auf. [1218.]*

H[einricus] dei gratia Argentinensis ecclesie episcopus cum universo majoris ecclesie choro omnibus ecclesiarum ministris, tam plebanis quam vicariis, necnon et aliis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in vero salutari et spiritu pietatis repleti. quoniam, ut ait apostolus, omnes presentabimur ante tribunal Christi recepturi sive bonum sive malum, prout gessimus in corpore, et idem alibi testatur: qui parce seminat, parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet, ideo universitatem vestram attentius exhortamur in domino, extreme messonis tempus largitione elemosinarum et operibus misericordie quasi quodam fideli seminario prevenire, ut et ea certa spe lucri seminemus in terris, de quibus nos plena falce messuros postmodum gaudere oporteat in celis. hinc est quod vestre caritati et omnium eorum, ad quos lator presentium vir religiosus et sacerdocio decoratus pervenerit, presenti scripto duximus significandum, quod ecclesia sancti Arbogasti in suburbio Argentinensi constituta primitus ex voluntate dei et antiquitate collapsa, postmodum vero ab exercitu domini Phylippi regis tempore, quo Argentinam possederat¹, funditus intus et extra destructa, sicut adhuc ejusdem destructionis supersunt vestigia, elemosinarum vestrarum et aliorum simul honorum hominum stipendiis cooperantibus quasi de novo constat integraliter reedificanda. quapropter caritatis vestre studium et devotionem propensius exhortantes et in remissionem peccatorum vestrorum vobis indubitanter injungentes, universitatem vestram instanter et affectuose rogamus et in domino commonemus, quatinus divine retributionis intuitu et pro omnium orationum, que in eadem ecclesia ad honorem dei cottidie vigent, participatione viscera misericordie aperientes gravem casum prefate ecclesie affectu caritatis inspiciatis et ad reedificationem ipsius elemosinarum vestrarum suffragia conferentes centuplam recompensationem a retributore omnium bonorum Christo Jesu vobis in

^{a)} B Burckardus.

¹ Im Jahr 1199. Cfr. Chron. Ursperg. und Chron. Ebersheim, Mon. Germ. SS. XXIII, 368 und 448.